Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Deus qui inter apostolicos sacerdotes famu
los tuos episcopos censeri fecisti · presta
quesumus ut quorum uicem ad horam ge
rebant in terris · eorum perpetuo consortio le
tentur in celis ·

Omnipotens sempiterne deus cui nunquam sine spe
misericordie supplicatur · propitiare animabus
famulorum tuorum · ut qui de hac uita in tui
nominis confessione discesserunt · sororum tuorum
numero facias aggregari ·

Deus uenie largitor et humane salutis
amator · quesumus clementiam tuam
ut nostre congregationis fratres et sorores qui
ex hoc seculo transierunt · beata maria semper
uirgine interceedente · ad perpetue beatitu
dinis consortium peruenire concedas ·

Deus cuius miseratione anime fidelium
requiescunt famulis et famulabus tuis
omnibus hic in xpo quiescentibus · da propitio
uenam peccatorum · ut a uinculis eorum
absoluti · sine fine letentur ·

Accipe velum sacrum puella quod perferas sine macula ante tribunal domini nostri ihu xpi cui flectitur omne genu celestium terrestrium et infernorum et sic ad celorum ad gaudia introire ·

Induat te deus · Accipe anulum fidei signaculum spiritus sancti ut sponsa dei uocaris si tu fideliter seruieris · anulo suo ·